



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

24 Facultates Nunciorum non extenduntur ad collationem beneficiorum in  
Cathedralibus existentium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Eicet, i.eod. tit. etiam si præsidialis curiae honore præfulgeat, d. cap. si testes, §. juris ju-  
23 ran. & etiam quod sicut Cardinalis, t̄ quando agitur de alterius præjudicio, ei soli non 25 creditur, Abb. in cap. quod super his, num. 5. vers. si tamen aliquid, & Felin. nu. 12. vers. tertia conclusio, de fide instr. In his autem in quibus creditur Legatis delatere, non creditur Nunciis, quia sunt inferiores in absentia Papæ, ut ibi per Abb. vers. inferiori verò, & Felin. num. 8. vers. quod au-  
tem, & num. 12. in prin. mihi enim contin-  
git in facto, quod prætendens Nuncius Apostolicus conferre beneficium in Me-  
tropolitana Ecclesia Provinciæ suæ lega-  
tionis in mente reservato, tunc vacans, op-  
ponente capitulo ejusdem Ecclesiæ de de-  
fectu facultatis, quam nunquam edere  
voluit, afferens, non teneri, affirmans in  
Cathedralibus, etiam Metropolitanis,  
conferendi facultatem habere, illamque  
edere non teneri, quam mihi tandem ad  
partem legendam exhibuit, ea lecta, reperti  
24 facultatem conferendi t̄ cum expresa li-  
mitatione, non tamen in Cathedralibus,  
quapropter abstinuit à collatione, & vidi  
facultates Nunciorum quandoque im-  
pressas, & omnibus apud Bibliopolas ve-  
nales, & aliquando apud alios ita custodi-  
tas, & occultas teneri, quod eorum dicto,  
quod in illis facultatibus contineretur, 25 standum videbatur, & nihilominus casu,  
quod de eorum provisionibus, & concessio-  
nibus in Rota disputari contingat, om-  
nino facultas est exhibenda, cum praeser-  
tim Nuncii beneficia sine speciali facultate  
conferre non possint, d. c. i. de off. leg. in 6.  
& tunc non sufficit, quod in litteris colla-  
tionis legatur, fuisse factam vigore faculta-  
tis eidem Apostol. auctoritate attributæ,

quia non creditur referenti, nisi constet de  
relato, auct. si quis in aliquo, C. de eden. &  
in causis pendentib. in Rot. producuntur.

Legati nati sunt, t̄ qui habent legationis  
officium vigore dignatum ex privilegio  
Apostolico indultum, ut Archiepiscopus  
Cantuarion. & Eboracev. in Anglia, Re-  
men. in Francia, & in Italia Pisarum, c. i.  
de off. leg. & ibi Abb. num. 1. & 2. ubi Seb.  
Sap. in add. gloss. in cap. 1. ver. Ecclesiarum,  
eod. tit. in 6. & Compost. in rubr. de off.  
leg. & de Legatorum facultate habetur per  
Doct. tot. tit. de off. leg. Felin. in d. cap. quod  
super his, num. 8, 9, 10, 11, & 12, & plene  
per Spec. in d. 1. par. lib. 1. de leg.

Tertius t̄ est ordo Episcoporum quadripartitus in Patriarchas, Primates, Ar-  
chiepiscopos, & Episcopos, cap. clerros, §.  
ordo verò, 21, dist: cap: unic: §, final: de stat:  
reg: in 6. Concil. Trident. in cap: 1, §, ne ve-  
rò, de reform. seff: 23, & Pius V. in Bull: Ro-  
man: cap: 115, circa princip. Patriarchæ  
27 principales t̄ sunt quatuor, Constantino-  
politanus, Alexandrinus, Antiochenus, &  
Hierosolymitanus, cap. clerros, & ibi gloss.  
in ver: in Patriarchū, 21, dist: & cap: final:  
21, dist: præter Romanum Pontificem,  
qui Basilicæ Lateranensis est Patriarcha,  
cap: in nomine Domini, in princip: 23, dist.  
& est Patriarcha Patriarcharum, quorum  
28 Constantinopolitanus t̄ post Papam pri-  
mum locum obtinet, d: cap: Sacrosancti, in  
fine, & cap. Constantinopolitana, 22, dist: se-  
cundum, Alexandrinus, tertius, Antioche-  
nus, quartus, Hierosolymitanus, & quod  
post Romanam Ecclesiam, quæ mater uni-  
versorum Christi fidelium est & magistra,  
Constantinopolitana primum, Alexandri-  
na secundum, Antiochena tertium, & Hie-  
rosolymitana quartum locum obtineant,

C 2 fuit

